



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

CXV. Karlomani Francorum Regis praeceptum pro Ecclesia Aurelianensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

Datum i v. Nonas Decembris Indictione xii.  
anno primo regni Domini Bosonis.

Aetum Karloco monasterio in Dei nomine felicititer.

## C X I V.

Eiusdem preceptum de abbatis sancti  
Andree Viennensis.

An. 881.  
Ex charta  
lario Ecclesie  
Viennensis.

**I**n nomine sancte & individuæ Trinitatis. Bono misericordia Dei Rex. Si petitionibus servorum Dei, quibus pro commisso fibi officio suggesterint, autem clementia nostra libenter infestimus, Regum prædecessorum nostrorum morem imitari cognoscimus, & ob id nobis Deus propitiati nullatenus diffidimus. Quocirca novemt omnum sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorum rurisque tam praesentum quāmque futurorum follertia quia adit clementiam nostram Ottrannus venerabilis Viennensis Ecclesiæ Archiepiscopus & humiliter intimavit qualiter abbatia sancti Andree inferior in prædicta civitate sita olim ab Ecclesiæ sua iniuste subtracta fuerat, & auctoritatem plenam ostendit quomodo & à fidele quadam pro remedio anima: ius data fuisset, & à Regibus per præcepta corroborata. Nos vero justam & rationabilem petitionem illius auditam, invenimus consilio præceptorum nostrorum quatinus pro remedio gloriissimam memoriam Karoli Imperatoris ac sociata conjugis ejus aquæ bona memoria Hirmintridis atque prole eorum Ludovici pueri Regi, necnon & pro nostro & caro conjugis nostra Hirmingardis, quod irrationabiliter ablatum \* servet cum omnibus appendicis & immutationibus redderemus, infinites ut omnimodis ibi officium divinum inculpabiliter jugiter peragatur, Luminaria præbeantur, Canonicis servientibus tam ibi quām & in Ecclesiæ matris sancti Mauricij vietis & almonia rectoræ præscriptæ Ecclesiæ conquerante administretur, ut & illis supplementum fiat, & nobis ad vitam æternam capessendam adjutorium existat. Hoc omnibus modis auctoritate regia præcipientes jubemus atque jubentes decernimus ut nullus judex publicus neque quilibet ex judicaria potestate aut ullus ex fidibus sanctæ Dei Ecclesiæ in Ecclesiæ, loca, vel agros, seu reliquias possessiones prædictæ causa Dei in quibuslibet curia & territoriis, quas moderno tempore iustæ & rationabiliter possidere videatur, quaque etiam deinceps aut per nos aut per quorundam fidelium devotione divina pietas augeri voluerit, aut feda exquirat, aut frances aut seruos distingere audeat, neque ad judicia publica venire compellat, sed \* sine subiunctione & immunitate atque defensione nostra. Super haec omnia, quicquid per negligentiam rectorum à pravis hominibus ablatum atque direptum est, totum & ad integrum reddimus; & quicquid inde fiscus noster adquirere poterat, omnia in omnibus ad usum Clericorum sanctæ Marie & sancti Mauricij & pauperum concedimus. Ut autem haec nostra collationis seu restitutio[n]is auctoritas nostris futurisque temporibus Domino protegente inconclusa permaneat, manu propria subter fir-

\* seu &

\* fint

maximus & anulis nostri impressione insigniri jufsumus.

Signum Bosonis serenissimi Regis.

Dominus Rex fieri iussit. Stephanus Cancellerius.

Datum x v. Kal. Februario Indictione x iv.  
anno secundo regni Domini Bosonis.

Aetum Tauriaco villa in Dei nomine felicititer.

## C X V.

Karlomanni Francorum Regis preceptum  
pro Ecclesia Aurelianensi.

**I**n nomine sancte & individuæ Trinitatis. An. 881.  
Karlomannus misericordia Dei Rex. Quæcunque regiae dignitatis culmine efferti desiderat Ex charta lario Ecclesie Aurelianensi. mens, eum præ oculis semper habere debet cuius gratia præfertur. Igitur novet omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorumque tam praesentium quam futurorum follertia quia nos ubique res ecclesiasticas plurquam omnes vite nostra actus evenere atque augmentari gaudemus. Quapropter placuit celstitudini nostra cuidam sanctæ matris Ecclesiæ Aurelianorum, quæ est in honore sanctæ vivifice crucis, cui etiam auctore Deo præfelle dinoctitur Gualterius venerabilis Praeful, ad ipsius quoque deprecationem, restituendo reddere & reddendo restituere quandam villam in integro, nomine Caltefium, sitam in pago Biturico, sive etiam Pauliacum in eodem pago continentem, sive & Germiniacum, necnon etiam alteram villam quæ vocatur Martiacus in pago Nivernensi, ad eundem Caltefium pertinenteum, cum omnibus ad se pertinentibus vel aspicientibus longè vel proprie poliis, & familia utrinque sexus, quæ villa olim distractæ esse noscuntur ab eadem Ecclesiæ per incuriam & malitiorum hominum violentiam. Ob restitucionem tamen, quia Deo inspirante nostris erant temporibus redintegranda, nonarum decimarumque vestituras absque illius detractione aut inquietudine præfata sanctæ mater Ecclesiæ semper obtineat. Vnde hoc celstitudinis nostra præceptum fieri, atque ob emolummentum mercedis animæ nostra ad aeternorum remuneracionem præmiatum, pro remedio quoque Domini & genitoris nostri Ludovici & sanctæ recordationis avi nostri Karoli Imperatoris, jandicto venerabili Episcopo arque præfata sanctæ matris Ecclesiæ reddi iussimus; per quod memoriam villas cum omnibus fibi pertinentibus rebus integerime prænotate sanctæ matris Ecclesiæ perenniter mancipandas delegando reddimus ac reddendo delegamus, eo videlicet modo ut idem venerabilis Praeful fratribus fibi commissæ Ecclesiæ, videlicet sanctæ crucis, easdem villas in sui vicibus stipendium propriæ & libertissima voluntate, ipso hoc nostram celstitudinem deprecante, præfentibus futurisque temporibus absque ullius inquietudine delegare studeat. Præcipientes quoque decernimus & indissolubilitatem sancimus ut nemo successorum nostrorum alicuius argumenti machinatione illectus præfatas res, quas modo liberalitatis nostræ munificentia præfata Ecclesiæ & memorato Praefuli suæ Ecclesiæ Canonicis

confirmando unius, abstrahere ab ejusdem Ecclesie potestate audeat vel quolibet occasione obtenta violare ullo modo prouidat; sed licet rectoribus iudicis matris Ecclesie sancte crucis in ulti fratum easdem res quiete tenere & nemine inquietante perpetualiter possidere. Et ut haec nostra confirmationis atque restitutionis auctoritas plenior in Dei nomine per subsequenta tempora obtineat vigorem, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impresione jussimus affixi. Actum apud villam Petracianam anno 111. regni Karlomani glorioissimi Regis, in mensa Maio, Indictione x iv. Albertus Notarius ad vicem Vulfardi recognovit.

## C X V I.

*Eiusdem preceptum pro Ecclesia Gerundense.*

An. 881.  
Ex charta  
lario Ec-  
clesie Ge-  
rundense.

**I**N nomine Domini Dei aeterni & salvatoris nostri Iesu Christi. Karlomannus gratia Dei Rex. Si facrorum locorum divino cultui mancipatorum Deoque in eis famulantium necessitatibus opem fertimus, regie celstitudinem morem exercemus, ac per hoc ad aeternam beatitudinem faciliter pervenire omnimodis confidimus. Itaque notum sit omnibus sanctae Dei Ecclesiae fidelibus & nostris praesentibus feliciter & futuris quia venerabilis vir Theotarius Gerundenensis Ecclesie Episcopus nostram adiens celstitudinem petuit ut memoratam sedem cum villis & hominibus a Domino & genitore nostro Ludovico aliisque devotis hominibus eidem fedi collatis, quas nunc possidere dinoscitur, id est, in pago Emporiano villam nuncupatam Olianum cum suis terminis, & villam vocatam Caravianum ad villarem antiquum, cum villa nova quam vocam Villos & cum castello sive termino, & in pago Gerundenensis medietatem de villa Molleto & Milliarium villam, ceteraque res quas a longo tempore imbi possidere dinoscitur, simul cum tercia parte de paucario & teloneo de ipso pago, aliaque villas quarum vocabula sunt Caffellum fractum, & Parientes Rossini, cum tercia parte de paucario & teloneo de ipso pago, cellam sancti Clementis cum Petra alta & terminis suis atque archis. Concedimus etiam prefato Pontifici & sua fedi villas quas pater noster divi recordationis Ludovicus Rex condonavit per preceptum, villam feliciter sanctae Marie quam alio momine vocant Fontanetum, & palatis mororum cum suis villares, villarem quem dicunt Vilio, & villarem Murellum, necnon & villam Quarcianum & Falgaroles, cum omnibus adjacentis & terminis suis, cultis & incultis, necnon & villam que vocatur Fons edictus uno nomine, alterum vero Apilarem, cum propriis videlicet finibus vel adjacentis, cultis & incultis, quas etiam res, sicut & suprad nominatas, aequa conditione & sub defensione nostra munimine pariter recipimus. Vineas quoque & terras quas Caffellanus Presbyter & parentes eius traxerunt de heremo, libenti animo condonamus sanctae Marie & sancto Felici atque rectoribus ejus pro remedio animarum parentum nostrorum nostrorumque facinore. Et villarem Farum cum vincis, ter-

Tom. II.

ris, silvis, & omnibus terminis suis, & plantadicum Gondemari Episcopi cum omnibus terminibus & archas suas, & villam que est in pago Bisuldunense, & vocatur Bascara, cum suis villaribus & suo termino & archas, & villarem vocantem Spedulias, & alium villarem qui est infra memoratarum villarum terminos, villas etiam duas que vocantur Crespians & Millarios, cum tercia parte de paucario & teloneo de ipso pago, & in pago Petralente villam que vocatur Farus cum omni suo termino, propter infestations malorum hominum sub nostra tuitione & innumitatis defensione constitutissimus. Cujus petitioni auuentures proper amorem Dei memoratam sedem cum supradictis villis praefenti tempore in jure ejus consitentibus sub nostra tuitione constitutimus, & hanc nostram auctoritatem circa eandem sedem fieri decrevimus, per quam decernimus ut nullus iudex publicus vel quislibet ex judicaria potestate major minortre persona in Ecclesiis aut loca vel agros seu reliquias possessiones memoratae fides, quas moderno tempore infra dictiorum imperii nostri legaliter possidet, vel quae deinceps in jure ipsius loci divina pietas angeri voluerit, ad causas judiciorum more audiendas vel discutiendas, aut feda exigenda, aut mansiomaticos vel paratas faciendas, aut fideiijores tollendas aut homines ipsius Ecclesie contra rationis ordinem diffringendos, nec ulla redhibitions vel illicitas occasionses requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea que suprad memorata sunt penitus exigere, aut undecunque modo legaliter vestituram habet abstrahere presumat, sed licet prefato Episcopo suisque succellibus res praeditae Ecclesie cum omnibus que possidet quieto ordine possidere & nostro fideliter patere imperio & pro nobis ac patribus nostris Domini misericordiam jugiter exorare. Et ut haec auctoritas confirmationis nostra per curricula annorum inviolabili atque inconclusam obtineat firmitatem, manu propria subter firmavimus & anuli nostri impressione adsignari jussimus.

Signum Karlomani glorioissimi Regis.  
Norbertus Notarius ad vicem Vulfardi recognovit.

Datum 1 v. Kalendarum Septembrium anno tertio regni Karlomani glorioissimi Regis, Indictione quartadecima.

Actum apud Fosianum villam in Dei nomine feliciter. Amen.

## C X V I I.

*Eiusdem Karlomani preceptum pro  
Ecclesia Augustodenensis.*

**I**N nomine Domini Dei aeterni & Salvatoris An. 881.  
nostri Iesu Christi. Karlomannus gratia Dei Ex charta  
Rex. Si Ecclesie Dei coramque rectoribus operam lario Eccl-  
ferendo consulimus, regio more consuecentes, sis Augu-  
Deum nobis ob id praesenti & futuro seculo pro-  
pitari non dubitamus. Quamobrem omnium  
Dei Ecclesie fidelium atque nostrorum noverit  
unanimitas generalitas quoniam Adalgarus ven-  
erabilis Augustodenensis Episcopus immotuit se-

Cccc ij